



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Clavdii Espencei Theologi Parisiensis De Eucharistia,  
Eivsqve Adoratione, Libri Qvinqve**

**Espence, Claude d'**

**Parisiis, 1573**

Cap. XXIII. Albigesia, Albanensia, Agenenesia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30397**

D E E V C H A R I S T I A

iores deceptis parcitum est , extra portam in Campellis  
crematum , nisi quòd ferunt quidam de autoribus tan-  
tum sumptam pœnam , clericis honore & dignitate pri-  
natis, laicis igni absumptis, vt qui stupris & adulteriis im-  
punitatem promitterent, &c.

*Albigesia Albanensis Agenensis.*

C A P . X X I I .

*Guagin.  
Et Antoni.  
vbi suprà  
paragrapho  
3.4. et c.3.  
paragra.1.*



E. Albigesiis eodem penè tempore merita  
miratur Francus historiographus , eorum  
dogmata neminem notum scriptorem ad  
hanc ei diem reliquissé. Et cùm hæreticos  
eos vocent, & ob eam culpam extermina-  
tos autores tradant, genus tamen hæreticos præterire, ne  
Antonius quidem eorum aliquid præter bellum plus-  
quā ciuile attigit. Et multò minus Platina vbi paulò an-  
tè. Hinc eos alij Manicheos Arianos alij , alij alias fuis-  
se coniiciunt. Cuperem in lucē exire Cistertensem Cæ-  
sarium , nam is ordo in eis oppugnandis palam obti-  
nuit, & scriptor codem tempore floruit. Interim qui eum  
aliquoties allegat Bernardus Lutzemburgus , scribit eos  
sacramentum corporis & sanguinis Christi blasphemas-  
se, adeo vt fuerint qui in eius contemptum ac confusio-  
nem alij volumen sacri Euangelij comminxerint, alij  
iuxta altaria ventrem purgauerint, & altari palla fcedita-  
tem suā deterserint, alij scorto super altari posito si-  
abusi. Hæc eorum fuit in sacram Eucharistiam, & Euch-  
aristam supellectilem irreuerentia. Nobis eorum sensi-  
exquirētibus commodū ac opportunè lucem primū  
vidit eorum æqualis Petrus monachus Cistertiensis, Val-  
lis in agro Parisiensi, historicus hoc fide di-  
gnior , quo rebus tam gestis præsentior , cuius tamen fi-  
des sit penes gallicam versionē, quæ anno Domini 1569.  
hic prodiit. Hæc inter alia eorum dogmata hoc publice  
quoque eos docuisse scribit, hostiam sacrosancti corpo-  
ris Iesu Christi nihil à pane laico, quem vocant, sine com-  
muni differre, simplicium auribus blasphemiam hanc

(Berengarianam, vel Iudaicam potius, vt antè diximus) instillantes, Id si vel Alpium instar magnum vel potius, immensum fuisset, aut etiamnum esset, olimiam à tot comedentibus absumptum in nihilum recidisse, aut breui redactum iri. Sacra inde ac profana iuxta habita, Tempa & monasteria signis, vasis, reliquaq; supellecstile spoliata, clericorū, monachorum cædibus polluta & cruentata, stabulantibus in eis illorum loco equis, iumentis, & pecudibus, nihil per hæreticos factum in illis reliquum, præter parietes, eosque auro multo redemptos, calices comminctos, & lotio intus & extra perfusos, altaria in præsepiâ conuersa, & tantum non concalcata, & stercorum suffitu fumigata. Cuiusmodi etiam suffitorum quidam dixit presbyteros sacramenta hæc haurientes, dæmonium toties glutire, & in corpus trahi. Si non eadem reformatores Galliarum hodierni sentiunt, dicunt, & faciunt, Albigenenses per me ne sint, aut etiam Albanenses, quos Albigesiis anteriores multò quidam faciūt, Anno scilicet Domini circiter 800. Bernardus Lutzenburgus ex Antonio scribit eos sacramentum altaris nihil fecisse, aut nihil esse dixisse. Mirum Guidonem Carmelitam inter decem eorum hæresis huius non commenissile, cum Albigesiis ut tempore, sic errore conuenerunt hæretici, quos Agenenses vocant, circa Theolosam male de sacramento altaris & aliis: ad quorum confutationem Petrus Rom. legatus, & multæ aliæ religiosæ personæ cum regibus Ludouico Franciæ, Henrico Angliæ conuerunt. Sed parum profecisse scribit autor additionū ad Sigeberti chronicon.

*Albanens.*  
*Agenenses.*

Anno 1178.

Fraticellica, Beguaritica, Beguinica.

CAPUT XXIIII.

**M**ulti prætereà quos fama obscura, recondit eidem Bernardo, ut flagellantes, qui & cruciferi fratres, eodem paulò post Albigenses, sacerdotio propter sacerdotum *ex libro de malitia abieciō, sublatis semel omnibus consolatōne sacramentis & sacramentalibus, templis, cantu, &c. spe Ecclesiae.*